



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

De testibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

3 Probat semiplenē vnus testis omni exceptione maior. \* *Sot. l. c. col. 11.*

4 Consuetudo Iudicum procedendo non secundum omnia requisita à iure, diu approbata, videtur obtinere vim legis.

\* *Vide Sot. l. 5. q. 6. art. 2. col. 7.*

## DE TESTIBVS.

1 **C**VM fit inquisitio generalis de criminibus, indicanda sola notoria, aut quoniam est infamia, & manifesta indicia, aut que cōtra bonum commune, aut in damnum proximi, quod aliter non possit impediri.

\* *Vide Nau. in c. Inter verba. concl. 6. num. 23. Syl. Inquisitio. 1. nu. 3. 4.*

2 Testis non tenetur respondere, nisi sciat se teneri (quanquam in dubio, si res non vergat in damnum graue alicuius, cui non praeponderet damnum Reip. præsumentum est pro Iudice) scilicet si proceditur per inquisitionem esse probatam infamiam, aut sufficientia indicia: cum per accusationem esset semiplenē probatum: potest tamen, si velit etiam in occulto crimine testificari.

\* *Vide Bannes 2. 2. q. 70. art. 1. col. 9. Syl. Testes. numer. 8.*

3 Nemo tenetur testificari cum suo graui damno; nec ad mandatum denuntiandi, si nō potest probare; secus est si iubetur esse testis; tunc. n. sufficit scire esse semiplenē probatum. \* *Vide*

\* *Vide*  
4 Quatur testitur descendepriuignidum, stronus,ter filiu  
test prob  
testifica  
re perni  
\* *Vide*  
numer. 1.  
Item  
1. Bannes  
5 Prox  
contract  
pars con  
6 Seere  
sciebas, n  
num gra  
diri quan  
iudici leg  
te celatur  
quam alt  
\* *Bann*  
1. num. 6  
7 Testif  
re, etiam  
innocent

\* Vide *Sot. l. 5. q. 7. art. 3. col. 2.*

4 Quando non defunt alij testes, non tenentur testificari criminaliter reuascendentes, vel descendentes; coniux, socer, gener, vitricus, priuignus, frater, cognatus intra quartū gradum, secundum Ius Ciuile, libertus, vel patronus, vel qui est de familia Rei; nec ciuilitate filius, aut vxor. Quando verò res non potest probari nisi per certas personas, coguntur testificari etiam prædicti: item in hæresi, aut re perniciofa Reipublicæ.

\* Vide *cap. si testes. 4. q. 3. Sot. l. c. Sylu. l. c. numer. 1.*

Item *Vide cap. si audieris. 23. q. 5. Syl. Testis. q. 1. Bannes l. c. col. 8.*

5 Proxena non potest cogi testificari de contractu in quo fuit mediator, nisi vtraque pars consentiat. \* *Syl. vers. Proxena.*

6 Seereto tibi commissum, quod aliàs non sciebas, nõ potes prodere, nisi vergat in damnum graue alicuius, nec possit id aliter impediri quàm prodendo; nam tunc prodendum iudici legitime interroganti, etiamsi iurasses te celaturum, nisi maius sit damnum Rei, quàm alterius, si reueles.

\* *Bannes l. c. Sylu. l. c. num. 8. vide Nanar. cap. 18. num. 60.*

7 Testificari tenetur quisque, vel denuntiare, etiam non interrogatus ad liberandam innocentem (si tamen is condemnatur ob homi-

homicidium quod scis factum ab alio, non teneris istum prodere ad liberandum illum, sed tamen potes, ) item si rem perniciosam Reip. aliter non possit impedire.

\* *Bannes l. c. col. 13. Sylu. l. c. D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1.*

8 Quod solum audisti, potes testificari te nescire. \* *Vide Syl. l. c. nu. 5.*

9 Non legitimè interrogatus potes negare te scire, subintelligendo vt teneris prodere.

\* *Vide Bannes l. c. colum. 10. & q. 69. artic. 3. colum. 8.*

10 Testis nihil potest accipere pro veritatis testimonio, sed pro damno quod patitur: quòd si accipiat pro falsitate, aut pro eo ad quòd non tenetur, non tenebitur restituere. Vide RESTITVTIO.

\* *Sylu l. c. numer. 8. Sor. l. c. q. 8. artic. 4. in fine, Couar. in reg. Peccatum, p. 2. §. 3. numer. 2. Mol. d. 83. Nau. c. 25 nu. 45.*

11 Laicus non potest esse testis contra Clericum in causa criminali, nisi in crimine notorio, aut haeresi, aut Simonia, aut laesa maiestate. \* *Syl. l. c. nu. 1. vers. 11.*

#### DE ACCVSATIONE.

1 **A**ccusationem debet praecedere inscriptio, & litem citatio.

2 Accusandi ius habens, non tenetur prius fraternè corripere.

3 Accu-